



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

227. Christus minatur obduratis civitatibus.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)



XVI.  
bum  
lit ser  
endam  
mum,  
v. 24.  
entum  
endit  
erunt  
& non  
utem  
non  
data  
s. &  
Ymi  
super  
viro  
iper  
us est  
uvia,  
ti, &  
27.  
omus  
Et

IV. Et factum est, cum consummasset Iesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrinæ ejus. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ eorum, & Pharisei. *Matth. 7. v. 28. & 29.*

MEDITATIO CCXXVII.

*Didagma XXXIII. Christus minatur obduratis civitatibus.*

I. **C**Oepit Iesus exprobrare civitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes ejus, quia non egissent pœnitentiam. *Matth. 11. v. 20.*

II. Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida: quia, si in Tyro & Sidone factæ essent, virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere sedentes pœnitentiam egissent. Verumtamen dico vobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die judicij, quàm vobis. *Matth. 11. v. 21. & 22. Luc. 10. v. 13. & 14.*

III. Et tu Capharnaum, numquid usque in cælum exaltaberis? usque in infernum descendes: quia, si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, fortè mansissent usque in hanc diem. Verumtamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remissius erit



erit in die iudicij, quàm tibi. *Matth. 11. v. 23. & 24.*

## MEDITATIO CCXXVIII.

*Didagma XXXIV. Christi confessio  
ad diuinum Patrem.*

I. In ipsa hora exultavit Iesus Spiritu sancto, & dixit: *Luc. 10. v. 21.* Confiteor tibi, Pater, Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. *Matth. 11. v. 25. Luc. 10. v. 21.*

II. Ita Pater: quoniam sic fuit placitum ante te. *Matth. 11. v. 26. Luc. 10. v. 21.*

III. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo novit filium, nisi Pater: neque Patrem quis novit, nisi filius, & cui voluerit, filius revelare. *Mat. 11. v. 27. Luc. 10. v. 22.*

IV. Et conversus ad discipulos suos, dixit: Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis. Dico enim vobis, quòd multi Prophetæ, & Reges voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt, & audire, quæ auditis, & non audierunt. *Luc. 10. v. 23. & 24.*

## MEDITATIO CCXXIX.

*Didagma XXXV. Christus omnes oneratos ad se vocat; iugum enim suum esse suave.*

I. Ve-